Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1180
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



118
117

paratus sit et. et consiliarius sit et unus de mille. Si
possides amicum in possessione possidere eum. et non facile
credas illi. Est enim amicus secundum tempus suum et non permanebit
in die tribulationis. Et est amicus qui conuertitur in inimicitias et est amicus qui odium et iurgia et iniuria denudabit. Et est amicus socius mensae et non permanet in die necessitatis. Inimicus si permanserit fixus erit et quasi
coequalis. et in domesticis tuis fiduciali ag. Ab
inimicis tuis separa te. et ab amicis tuis attende. Fidelis
fideli protectio fortis. qui autem inuenit illum inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est oratio et non est digna
ponderatio auri et argenti contra bonitatem fidei illius.
Amicus fidelis medicamentum uitae et immortalitatis et
qui timent deum inuenient illum. Non te iustifices
apud deum. quia agnitor cordis ipse est. et penes eum no
li uelle uidi sapiens. In omnibus operibus tuis medi
tare nouissima tua. et in aeternum non peccabis. Cum
fatuis non habas consilium. non enim poterunt diligere nisi quos ipse
placet. Qualis uitor est ciuitatis. tales inhabitatores.
Non laudes uirum in specie sua. neque spernas hominem in
uisu suo. Bi tuis uolatilibus non est apes. et mirum
dulcoris fructus illius. In uestitu ne gliciris nunquam
ne in die honoris tui extollaris. quia mirabilia opera
altissimi solius. et gloriosa. et abscondita. et in mirabilia opera
illius. Prius quam inquiras ne uituperes quemquam. et cum
inquisieris corripe iuste. prius quam audias ne
iudicas. ubi et in medio sermonis ne adicias loqui